



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 57. Hæ turbæ summi Pontificis prudentia sedatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

## §. LVII.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1736.*Tumultus Pontificis prudentia sedatus.*

Ceterum maximo civium animos horrore perstrinxit rumor, quo per urbem spargebatur, seditiosos in eo esse, ut variis officinis ignem supponerent, & populo extinguendis flammis intento, ipsi armamentarium occuparent, ac inde extracto pulvere, Hispanum Palatium, ad quod ex armamentario subterranea via ducit, everterent, cunctosque Hispanos ibidem agentes opprimerent. Enimvero Clemens Papa sat virium. sat causæ habuisset, ut armata vi, totoque auctoritatis severitatisque pondere in tumultuantes animadverteret, maluit tamen subditorum sanguini parcere, ac potius benignitate & indulgentia illos ad obsequium revocare. Eapropter Principem Sanctæ Crucium & Marchionem Crescentium Viros auctoritate & prudentia summos selegit, qui cum factiosis agerent, eosque hortarentur, ut compositis animis a seditione recederent. Hi ergo præprimis ad Transtyberinos, utpote ceteris magis formidandos accessere, & cum factionis Capitibus colloqui petierunt. Ad horum conspectum una omnes

Senatus VIII. nes exclamant : *Vivat Imperator !* *Vivat Princeps Santa-Crucius !* Utriusque  
 A. C. 1736. etiam hujus Principis benevolentiae confisi suos ablegant deputatos , inter quos præcipuus erat quidam Sutor , qui ceterorum nomine ita perorabat : „Nos „Romani sumus , & gloriosorum Majorum nostrorum sanguis pro conservanda libertate fervidus adhuc in venis nostris ebullit : Veneramur tamen nostros superiores , & eorum mandatis prompte nos subiicimus : petimus autem a vobis , ne ab Hispanis in exteræ Nationis servitutem tanquam mancipia nos raptari permittatis , sed potius nostros Parentes , fratres Filios & Cognatos a Plagiariorum violentia tueri velitis ; magis enim timemus Hispanos hos Piratas , quam illos , qui mare infestum reddunt : Pro illis , qui bona nobis furantur , aut nostras mulieres stuprant , furca & rota est parata ; cur ergo Hispanis impune liceat , nobis illos , quos vel genuimus , vel a quo geniti sumus , contra fas eripere . Ut ergo nobis in tam gravi calamitate succurratur , ideo in Societatem coimus , quamprimum id obtinuerimus , mox quieti ad nostra revertemur .“ Absoluta hac oratione ambo Principes deputatis clementiam veniamque Pontificis nomine offerunt , hi vero cognita

ta Clementis voluntate, conclamant <sup>Sæc. XVIII.</sup>  
 omnes, se ad omnia exacte præstanda <sup>A. C. 1736.</sup>  
 paratos esse, rogare tamen I. ut cuncti  
 vel a milite Pontificio vel a Sbirris  
 capti, in libertatem affererentur II.  
 omnes Romani ab Hispanis conducti  
 redderentur. III. Exteri militum Con-  
 quisitores in Urbe non tolerarentur IV.  
 omnes, qui in seditionis pœnam in  
 vincula coniecti fuissent, liberarentur  
 V. Denique Pontifex omnibus, qui  
 pro populi libertate dimicaverant, ve-  
 niam & præteritorum oblivionem cle-  
 menter indulgeret, nullusque propte-  
 rea deinceps aut accusaretur, aut plec-  
 teretur: His conditionibus concessis  
 & proprio chirographo firmatis una  
 omnes per Urbem cursitantes gratulan-  
 tesque inter se gaudium & lætitiã  
 ostentabant, festive augurantes, ut  
 Pontifex salvus, sanus, & felix ad plu-  
 rimos annos servetur.

§. LVIII.

*Periculosi motus ex hoc tumultu  
 enati.*

Conceptam sedati civilis tumultus ju-  
 cunditatem alij inde exorti motus  
 haud parum turbabant; res ita accidit:  
 militum supplementa adhucdum in  
 Cardi-